



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect. VI. Quinque alia documenta eodem pertinentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

tur, obambulare sit visa. Denique ad supplicii locum capite truncanda reclusus properavit. Juliana virgo laudatissima formæ, capillis suspensa, verberibus caesa, ferro ustulata est. Hos tamen illa cruciatus in Eleusio Nicomedie Præfecto velut blanditias laudavit: flammæ, ad quas damnata erat lacrymis extinxit, lebetem ab igne ferventem precibus rupit, denique priusquam iudici manus daret, caput lelaris dedit. Quis tantas vires, tantum viriles animos, quis patientiam tam invictam, tam admirandam in tormentis lætissimam, tam insignem inter supplicia victoriam tot puellis concessit? Christus crucifixus, qui alios salvos fecit, & seipsum dereliquit.

Sed & præca legis homines hæc eadem Christi virtus inter tot malorum & mortis occuracula servavit. Apertissime David, *In te, inquit, speraverunt patres nostri, speraverunt & liberasti eos; ad te clamaverunt, & salvi facti sunt* Et de seipso, *abscondit me in tabernaculo suo, inquit, in die malorum, & protegit me in abscondito tabernaculi sui.* In tam adversis casibus Joseph minimè desertus est. Nam illa ipsa Christi virtus descendit cum illo in foveam, & in vinculis non dereliquit eum. Daniel inter leones septem impavidos tam securus agit, tamquam si inter agnellos divideretur.

Sed en Daniele nostrum non inter septenos, nec inter septem millia, sed dixerim inter septuaginta millia leonum. Credibile profus ad hoc spectaculum, ut Lucas illud nominat, supra septuaginta millia hominum confluisse: inter istos tot leones, tot improbos hostes exclamat insons noster Daniel: *Ego autem sum vernis, & non homo. Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me! Sagitta potentis quam acuta sunt!*

Paralyticus triginta octo annis decumbens aeger, & desertionem suam altè ingemiscens, *Hominem, inquit, non habeo. Habuit rectum, socios, grabatum, habuit qui stipem & cibum darent, nihilominus queritur: Hominem non habeo. Dei Filius queri poterat. Non tantum non hominem, sed Deum non habeo. Longè fecisti notos meos à me, posuerunt me abominationem sibi. Deus nec à cruce nec à morte filium liberavit, sed nec dolores mitigavit, sed latius spoliavit omnibus: Et nos reputavimus eum percussum à Deo. En pullos salvos, & matrem gallinam morientem, en innocentissimum Danielem tot leonum millia maledicis linguis vulnerant, mors demum discerpet, sed non deglutiet hanc prædam. Christus igitur ad Patrem succlamavit se derelinqui, ut per hanc derelictionem suam toti humano generi impetraret singularem gratiam. Nimirum optima mater sic pullos suos servari & liberari voluit. *Livore ejus sanati sumus. Colligamus hinc documenta.**

S. V. *Quinque documenta huc spectantia.*

I. Cùm malè habemus, epistolum mittamus æternò Patri. Cùm Lazarus decumberet, Magdalena & Martha sorores, litteras brevès miserunt Christo, his conceptissimis verbis: *Domine, ecce, quem amas, infirmatur.* Christus extremis angoribus circumfluens, litteras ad Patrem misit his omnino verbis: *Eli Eli lamma sabachani!* Sed Judæorum aliqui aut potius Romanorum joculariter voces corrupens, *Ecce, inquit, Eliam vocat. Sinite, videamus, si veniat Elias ad deponendum eum.* Nos pariter, quandocumque nobis est ægrè, litterulas mittamus in cælum: *Deus meus, Deus meus, respice in me.* Jocentur alii & irideant, subsidio veniet cælum. Christi derelictio, nostra consolatio.

II. Consolationes sensiles extra cælum non ambiendæ, sed ad mortem usque obtemperandum. Laboriosus hoc, sed lucrosius. Tarsensis Paulus hanc penuriam solatorum animosè tolerans, *Supra modum, inquit, grati sumus, supra virtutem, ita ut tæderet nos etiam vivere. Sed ipsi in nobis miseris responsum mortis habuimus.* Nam natura & animus nec prælagiebant aliud, nec expectabant

quàm mortem. Ita mihi de vitæ statu cogitanti mens & cogitatio mea non aliud respondit, quàm esse moriendum. Mox tamen adjungit Paulus: *Vi non sumus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitavit mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit & eruit: in quem speramus, quoniam & adhuc eripiet.*

III. Afflictiones eâ fide sunt perferendæ, ut cùm deferi nobis videmur, ad ipsum confugiamus defertorem. Illa mulier Chananaea exploratissimæ fidei hoc insigniter nos docet. Hæc manus supplices ad Christum tendens clamabat: *Miserere mei Domine, fili David; filia mea malè à damonio vexatur.* Nec verbulo responsum est. Rogarunt Apostoli, & nihil impetrarunt. Vitandis ergo clamoribus tam importunis dimittendam susserunt.

Nec alia tamen reddita est responsio quàm ista. *Non sum missus nisi ad oves que perierunt domus Israël.* Nihilominus animo non cecidit constans femina, sed rediit, & adoravit eum, qui aures obdurasse visus, hoc unum precata: *Domine, adjuva me.* Sed necdum auditur, insuper & canis appellatur, indigna scilicet, cui panis, è manu filiorum raptus, projiciatur. Ad illa patientissimè ferens hæc omnia, nec tanto sui contemptu absterita, Ita est, Domine, inquit, sed tamen micæ è dominorum mensa defluentes excipiuntur cælli. Hic Christus ore suavissimo, *O mulier, ait, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis.* Constans fides ipsum etiam Deum expugnat.

IV. Etiam si nos summa premat desertio, numquam tamen recedendum à Deo. Cælum vel ferream rotis potest plueri. Annuente Deo vepræta etiam melle stillant. De suis majoribus David, *Appropinquaverunt, inquit, usque ad portas mortis. Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberavit eos. Misit verbum suum, & sanavit eos, & eripuit eos de interioribus eorum.* Deus ipse derelicti quæ brevissimæ solatia spondens amplissima, *Ad punctum, inquit, in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna miseratus sum tui: dixit Redemptor tuus Dominus.* Neminem ex toto deserit Deus, nisi desertus.

V. Aliquamdiu à Deo deseri, non rarum est amicorum experimentum. Hic matrum lusus est, simulare fugam, ut infantis in matrem crescat affectus. Mater modò lætat filium, modò inæpar, aut etiam flagellat. Jobo desertissimo dicitur: *Semper loquitur Deus, & secundum id ipsum non reperit.* Quid enim opus ut repetat, quod semel apertè dixit, hominem ob peccata jure affligi, jure deseri. Hæc explicans Gregorius, *Quia semel, inquit, derelictus est Christus, semel nobis locutus est Deus, ut sciamus nos etiam quandoque derelinquendos, ut ei similes efficiamur.* Sed Panopliâ nos Jobi obarmemus. Dicit pro se quique, *Job occiderit me, in ipso sperabo.*

S. VI. *Quinque alia documenta eodem pertinentia.*

VI. Obstinatus animus ad repetendas culpas expectatissimus est. En Scribarum & Phariseorum horribilem pervicaciam. Durantibus tenebris non Christus solum, sed alii omnes siluerunt attoniti. Tenebris cessantibus maledicæ linguæ denuo cœperunt in Christum sævire. Mox iterum contumeliæ & probra certatim sparsa. Auditus vocibus, *Eli Eli; Eliam, ajunt, vocat iste.* Hebdomadæ sacræ majore, pauculis, qui Patri chati prænitri solent diebus, plerique Christianorum sanctiores mores induunt, silent aliquantulum consuetæ illorum nequitia. Paschate peracto mox iterum libertim delinquent. O cæci & nequam Pharisei! qui antiquam recantatis fabulam, qui pristinam resumis nequitiam, qui vitia priora omnia repetitis, qui cavillo improbo vocatis Eliam. Bibulus ille suos calices resumit: *Ecce Eliam vocat iste!* Lascivus iste repetit suas libidines: *Et hic Eliam vocat, nec enim Christo in cruce vult committi.*

Homines præca legis a Christo in adversis liberati. P. salm. 21. v. 5. & 6. P. salm. 26. v. 4. Sap. cap. 18. v. 13. & 14. P. sal. 21. v. 7. Mat. c. 27. v. 46. P. salm. 119. v. 4. Joan. cap. 5. v. 7. P. salm. 87. v. 9. Isa. cap. 53. v. 4. Ibid. v. 5. Ex hac derelictione Christi documta. I. Cùm malè habemus epistolum mittamus æternò Patri. Joan. c. 11. v. 5. Mat. c. 27. v. 46. Ibid. v. 47. & 48. P. sal. 21. v. 2. 2. Consolationes sensiles extra cælum non ambiendæ. 2. ad Cor. cap. 1. v. 8. & seqq.

commori. Ita pecunia sitiens suam avaritiam, fastuosus A superbiam suam iterat: Eliam vocat & ille & ille. Ita crimina priora redeunt omnia, velut somnolentia, antiqua procraftinationes, solita comestiones, usitata emulaciones, rixae, simulates, invidia veteres renovantur. Tam vitiosi post Pascha, quam ante Bachanalia. Ecce Eliam vocant illi omnes. Horum nemo in cruce durare, nemo vitiosis vult mori. Exitiosissima perverciacia; quam Bernardus largiter deplorans, Pro dolor, inquit, tempus peccandi, terminus recidendi facta est Resurrectio Salvatoris. Ex hoc nonne comestiones & ebrietates redeunt, cubilia & impudicitia repetuntur, laxantur concupiscentis frenas, quasi ad hoc resurrexerit Christus, ut nos in primum, qua deploravimus, vitia recidamus. Invenimus nunc iterum curiosis ante, vorbosi ut ante, pigri & negligentes ut ante, vani, sufficiosi, detractores, iracundi, ceterisq; vitis impliciti quibus ante. Resurrectionem Pascha privamus nomine, ut sit nobis in reditum, magis quam in transitum. Reiterato miserabilis, sed voluntaria. Cum Phariseis perire vult, qui cum B Christo non vult resurgere.

VII. Derelictus est Christus dictator caeli, vita necesse Domini, & nos mancipia vilissima feramus inique, si nos ad punctum in modico Deus derelinquat, Idque nostro bono? Si in ligno viridi hoc factum, in arido quid fiet? Dux noster hac tulit; nos gregarii milites, cacula, calones, postulemus suaviora? Si miles suum ducem videat loricam vel cataphractam rudi & nigra regi, tam inveterandi oris non erit, ut ille sibi poliam, vel auro illulam possit. Si cernat ducem in castris sine culinam, sine lecto humi jacere, non raro in armis vigilare; imprudentissimus fit, si ille sibi culinam, le lectulum, longiorem somnum desse conqueratur. Si filium Deus deseruit ad tempus, cur indignemur idem quae loque nobis fieri? Delerat nos Deus tribus illis, quos dixi, modis, dummodo pateat earens, ut a peccatis fervet liberis. Si tulit ita filius, ferat & medialis, ferat servus.

VIII. Proprium Christi derelicti praemium fuit, ne nos unquam ex toto derelinquerent, maxime cum precibus, suspiriis, gemitibus in vota Deum vocamus. Reposita est hac spes nostra in sinu nostro. a Intente precabatur David: Ne proicias me in tempore senectutis; cum desce- rit virtus mea, ne derelinquas me. b Et tamquam si responsum benignissimum accepisset, Dominus, inquit, non derelinquet sanctos suos, in aeternum conservabuntur. Considerat peccator justum, & querit mortificare eum; Dominus autem non derelinquit eum in manibus ejus. c Hac in Deum fiducia eruditissimi sumus, non derelinquemur a Deo, nisi ad punctum, in modico. Sed ego, inquis, tot jam annis aridus, ficus, velut a Deo projectus solatis extreme desitior. Bono animo; hoc ipsum modicum, hoc momentum est. An nescis, mi homo, mihi ante oculos Dei sunt tamquam dies hesterni, quae praeterit. Deprecata Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum. In miserationibus magnis congregabitur.

IX. Ne miremur Christum a Patre derelictum; nobis Dei hostibus stetit, ad nostram se causam inclinavit, nobis Dei rebellibus adhaesit. Hinc in illum unum Patrem, tamquam in humanae gentis caput saevit, illum dereliquit, quem desertorum ducem deprehendit. Testatur Paulus: Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. En Christus nostri causa maledictus, execrabilis, derelictus. Supplicium generi humano debitum de Christo est sumptum. Ergo amantissimus Dominus Jesus vult potius a Patre, & omnibus Angelis, & creatis rebus universis derelicti sustinuit, quam ut nos, nostramque causam ipse desereret. Quam saepe vero exitum referimus gratiam; cum Christi causa triobolatis voluptas deserenda, cunctamur & deliberamus: & non raro ne nostros amores pessimos cogamur deserere, derelinquimus Christum. Nimitum Christo Barabbam potior rem ducimus.

X. Ita Christus etiamnum a plurimis maligne deseri- ritur. Has ille desertiones gravius accipit, quam illam in cruce. Deus olim humanissime per Hieremiam suis objiciens, Quid invenerunt, inquit, partes vestri in me iniquitatis, quia elongaverunt a me? Hoc cuius Christus placide instillans, Quid ait, invenisti in me iniquitatis, quia elongasti a me? Ego diligentes me diligo, sed & desertores me desero. Quapropter scilicet & videt, quia malum & amarum est, reliquiste te Dominum Deum tuum.

Va igitur, va filii desertores. Domine, omnes, qui te dereliquerunt, confundentur: recedentes a te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viventium Dominum.

Azarias Obedi filius, ex tempore regi Asa concionatus, Audite me Asa, inquit, & omnis Benjamin: Dominus vocavit me, quia sustulit cum eo. Si quaesieritis eum, invenietis; si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Ita solet Deus, qui uti amantes se redamat, ita deserit filii desertores.

S. VII. Documenta toridem alia, cum modulatione huius clausula.

XI. Summo in extremo solatio erit, cum Domino Iesus crucifixo ita posse colloqui: Domine, ecce quem amas, informatur. Si te tuasque leges unquam dereliqui, nunc percutio pectus meum, & revertor. Misere mei Deus, misere mei, quoniam in te confidit anima mea, & in umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas, quem amas, sub umbra alarum tuarum protege me. Scapulis tuis obumbrabis mihi, & sub pedibus tuis sperabo. Inhabitabo in tabernaculo tuo usque in secula; proteget me velamento alarum tuarum. Adhaesit anima mea post te; me suscepit dextera tua. In pedibus tuis sanatus. Tu in cruce, mi amantissime Domine Iesus, desertus es, ne ego jam desererem. Tu mater es, ego pullus sum, sub cruentis his alis tuis ab omni hoste proteget. Omnia inferorum potestas non laedet eum, quem haec alae tuae texerunt. Mi bone Iesus, tibi me totum, vivum, mortuum commendo.

Non sane interibit pullus, qui sub maternas has alas hoc modo confugerit.

XII. Peccati odium hinc ingens concipiendum. In peccato quolibet hoc geminum malum est, averfio a Deo creatore, & conversio ad rem creatam. Quod Hieremias ore divino aperitissime pronuntians, Duo mala fecit populus meus, inquit, me dereliquerunt fontem aque viva, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, qua continere non valent aquas. Huic averfioni & conversioni pessime duplex responder poena, quam Damni & Sensus vocant. Damni est, aspectu Dei excludi: sensus, ignes inferorum pati. Christus ut poenas nobis luendas persolveret, poenam sensus maximam in cruce sustinuit; poena damni non conveniebat Christo, propterea simile quid passus est. Desertus a Patre velut hostis, Tu vero, inquit, repulisti & despectisti, distulisti Christum tuum.

O bone Deus! quid demum miserius est eo homine, qui peccando fit hostis Dei? Hac summa in orbe miseria, hoc malorum omnium est maximum, Dei hostem esse, Dei gratiam & unum caelum perdidisse, aeternis ignibus debere. Hinc hostilis ille plausus & gratulatio: Deus dereliquit eum: persequimini & comprehendite eum, quia non est qui eripiat.

Quocirca o Deus ne elongeris a me: Deus meus auxilium meum respice.

XIII. Sublimiorum virtutum amor aspectu crucifixi Domini excitandus. Christus effato in cruce primo, amorem & charitatem in hostes docuit. Secundo, misericordiam in miseros, quae charitatis interior est effectus. Tertio, curam in parentes & obedientiam. Quarto, profundissimam humilitatem & patientiam perfectissimam. En Dei Filium ad usque infandos patibuli cruciatus obedientissimum, perinde ac si Pater illi dixisset: En ego, fili, mitro te in mundum: Vade, recumbe in locis iniquissimi loco. Ivit, recubuit in loco omnium prostratus.

10. Ita Christus etiamnum a plurimis maligne deseri- ritur. Has ille desertiones gravius accipit, quam illam in cruce. Deus olim humanissime per Hieremiam suis objiciens, Quid invenerunt, inquit, partes vestri in me iniquitatis, quia elongaverunt a me? Hoc cuius Christus placide instillans, Quid ait, invenisti in me iniquitatis, quia elongasti a me? Ego diligentes me diligo, sed & desertores me desero. Quapropter scilicet & videt, quia malum & amarum est, reliquiste te Dominum Deum tuum. Va igitur, va filii desertores. Domine, omnes, qui te dereliquerunt, confundentur: recedentes a te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viventium Dominum. Azarias Obedi filius, ex tempore regi Asa concionatus, Audite me Asa, inquit, & omnis Benjamin: Dominus vocavit me, quia sustulit cum eo. Si quaesieritis eum, invenietis; si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Ita solet Deus, qui uti amantes se redamat, ita deserit filii desertores. S. VII. Documenta toridem alia, cum modulatione huius clausula. XI. Summo in extremo solatio erit, cum Domino Iesus crucifixo ita posse colloqui: Domine, ecce quem amas, informatur. Si te tuasque leges unquam dereliqui, nunc percutio pectus meum, & revertor. Misere mei Deus, misere mei, quoniam in te confidit anima mea, & in umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas, quem amas, sub umbra alarum tuarum protege me. Scapulis tuis obumbrabis mihi, & sub pedibus tuis sperabo. Inhabitabo in tabernaculo tuo usque in secula; proteget me velamento alarum tuarum. Adhaesit anima mea post te; me suscepit dextera tua. In pedibus tuis sanatus. Tu in cruce, mi amantissime Domine Iesus, desertus es, ne ego jam desererem. Tu mater es, ego pullus sum, sub cruentis his alis tuis ab omni hoste proteget. Omnia inferorum potestas non laedet eum, quem haec alae tuae texerunt. Mi bone Iesus, tibi me totum, vivum, mortuum commendo. Non sane interibit pullus, qui sub maternas has alas hoc modo confugerit. XII. Peccati odium hinc ingens concipiendum. In peccato quolibet hoc geminum malum est, averfio a Deo creatore, & conversio ad rem creatam. Quod Hieremias ore divino aperitissime pronuntians, Duo mala fecit populus meus, inquit, me dereliquerunt fontem aque viva, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, qua continere non valent aquas. Huic averfioni & conversioni pessime duplex responder poena, quam Damni & Sensus vocant. Damni est, aspectu Dei excludi: sensus, ignes inferorum pati. Christus ut poenas nobis luendas persolveret, poenam sensus maximam in cruce sustinuit; poena damni non conveniebat Christo, propterea simile quid passus est. Desertus a Patre velut hostis, Tu vero, inquit, repulisti & despectisti, distulisti Christum tuum. O bone Deus! quid demum miserius est eo homine, qui peccando fit hostis Dei? Hac summa in orbe miseria, hoc malorum omnium est maximum, Dei hostem esse, Dei gratiam & unum caelum perdidisse, aeternis ignibus debere. Hinc hostilis ille plausus & gratulatio: Deus dereliquit eum: persequimini & comprehendite eum, quia non est qui eripiat. Quocirca o Deus ne elongeris a me: Deus meus auxilium meum respice. XIII. Sublimiorum virtutum amor aspectu crucifixi Domini excitandus. Christus effato in cruce primo, amorem & charitatem in hostes docuit. Secundo, misericordiam in miseros, quae charitatis interior est effectus. Tertio, curam in parentes & obedientiam. Quarto, profundissimam humilitatem & patientiam perfectissimam. En Dei Filium ad usque infandos patibuli cruciatus obedientissimum, perinde ac si Pater illi dixisset: En ego, fili, mitro te in mundum: Vade, recumbe in locis iniquissimi loco. Ivit, recubuit in loco omnium prostratus.